1. Serer
2. Aspe
3. Aurif
4. Alved
5. Augu
6. Arch
7. Aquil
8. Seren
9 Come
10 Cheru
11 Coron
12. Carn
13. Celsi
14. Castu
15 Tha
16 Dom
17. Diled
18. Diva
19. Divi
20 Excel
21 Ædas
22 Emei
23 Emir
24 Forh
25. Gesta
26 Hed
27 Aila
28 Ind
29 Lau
30 Libe
31. Prog
32 . W
33. Op
34 Ob
35 Ora
36 Plac
37 Port
38. Pro
39 Phi
40 Re
41 Ca
42. Sid
43. Spe
44 Th
45 Tom
46 Tri
47 Ver

Opuscula in his miscellaneis sub II^to contenta sunt. 47.

1. Seren^mo ac potent^mo Augusto II. Regi Poloniae. Societas Jesu Polona. 1697.
2. Aspectus Sapientiae a Telemaco Ulyssis filio. Crac. 1758.
3. Aurifodina Sapientiae in bibliotheca a Stan. Jos. Bieżanowski celebrata. Crac. 1671.
4. Alveare novi examinis apum &c. Thom. Jos. Marczewski Crac. 1688.
5. Augusta solii reginalis majestas. a Stan. Jos. Bieżanowski deducta. Crac. 1670.
6 Archetypus animorum &c. p Stan. Joan. Niewieski Crac. 1668.
7 Aquila in petram caelo sublimiorem p Samuel Joan. Podgórski lugubr. observ. Crac. 1709.
8. Serenissimis Neo-sponsis Soc. Jesu Polona. absq. tit. Joanni III.
9 Comes divinae sapientiae D. Thom. Aquin. a Mathias Mich. Lukaszkiewicz Crac. 1681.
10 Cherubin Ecclesiae militantis S. Thom. Aquin. a Thom. Alexandro Małyszko orat. dem. Crac. 1750.
11 Corona rosar. ad diem natalem p Balthas. Bened. Zarski O.S.B. paneg. dedic. Crac. 1690.
12. Carmen Votivum B. Joan. Cantio. p Stan. Jos. Bieżanowski cons. Crac. 1680.
13. Celsitudo triumphalis Simonis Wosinski calamo celebrata Crac. 1698
14. Castalius Cracii parnassi ab Ignat. Mikłaszewski. deductus Crac. 1725.
15 Thaumaturgo gratiarum fonti D. Jo. Cant. p Joan. Cant. eod. ann. ab Ignat. Mikłaszewski
16 Domitor draconis Lygii S. Georgius M. p Joan. Felician. Lukaszkiewicz Crac. 1689.
17. Dilectus Mariae S. Andreas Corsinus a Joan. Cant. Kuczankowicz paneg. celebr. Crac. 1673
18. Diva aequitatis bilanx seu conclus. Theol. Raphael Michalski Crac. 1672
19. Divi Thomae de villa nova. int. Sanctos relat. p Stan. Jos. Bieżanowski paneg. Crac. 1663.
20 Excelsum virtutis fastigium S. Andreae Corsini a Franc. Luca Makowiecki. Crac. 1674. orat.
21 Aedes laureati honoris &c. ab Alberto Antonio Grzymała. Crac. 1719.
22. Emeriti gentilitii Rastri labores a Coll. Crac. S. J. paneg. Crac. 1734.
23 Eminentia Sacrae Romanae Eccl. ab Archi: Caenobio Tyniec. Crac. 1738. paneg. Eppo Crac. Lipski
24 Fortitudo Martis a Vlad. Radomicki exhibita. Crac. 1688.
25. Gestamen Pontificii honoris a Guilhelmo Andrea Robertson paneg. celebr. Crac. 1699.
26 Hecatombe lectorum ex vita &c. S. Joan. Cantii ab Universitate Crac. 1668 devote.
27 Hilaria Animorum Greg. Stan. Barszczewicz decantavit versib. Crac. 1703.
28 Insigne Theologicum p Stanisl. Jos. Bieżanowski celebratum Crac. 1668.
29 Laurus Seraphica D. Bonaventura a Paulo Joan. Wsiewodzki paneg. celebr. Crac. 1669.
30 Liber votivus Szaniawski Eppi Crac. p Aegid. Steph. Wadowski Crac. 1721.
31. Programma, Constantinus Felicianus Eppg Crac. Georg. Dobrowolski ab Acad. tota potius.
32. Novus Salomon D. Thom. Aqu. paneg. celebr. p Andr. Sigism. Paschały Crac. 1677.
33. Optimum Elixir sive oratio a Joan. Zaigorkowicz publice dicta. Crac. 1693.
34 Olor academicus sive panegyris D. Joan. Cant. a Joan. Joseph. Kozłowski heb. Crac. 1667.
35 Oratio Dedic. et Elogium D. Bernardi Mell. Doct. sine tit.
36 Plausus solemnitatis memorabilis S. Joan. Nep. a confraternitate litterator. Crac. 1729. canoniz.
37 Porta Oginsiana Gloriae seu Neo sponsis Epithalam. Stan. Petri Łużyński Crac. 1685.
38. Proregia Corone Benigni Bychowski (duplicat) ut sub nro 50
39 Philanthropium Lyricum Valentini Joann. Mazurkowicz. Crac. 1659.
40 Regium iter in imperium Ferdinandi III Anon.
41 Canticum novum animi salientis ad Deum Ferdin. III munusc. Gualteri Pauli S.J. Vien. Austr. 1637.
42. Sidus lucidissimum D. Bonaventura a Jos. Joan. Lukaszkiewicz paneg. demonstr. Crac. 1717
43. Speculum sive doctrina brevis Confraternitatis p Def. Crac. 1679.
44 Thronus regni poloniae duplicat. ut sub nro 48.
45 Tomus tollendis tenebris Thomas Theologus. Aegid. Steph. Wadowski Crac. 1719.
46 Triumphalis virtutum pompa. a Jos. Maria Nicol. Gualmi poet. et orat. cultu. Crac. 1728.
47 Vernans eruditi honoris laurea a Gaspare Krudnerowicz Crac. 1670. Prose et versib.

Authores in his Miscellaneis sp anonymum sunt 28.

Anonymus, 1, 2, 8, 22 23. 26. 31, 35, 36, 40, 43.
Barszczewicz Greg. Stan. 27.
Bieżanowski Stan. Jos. 3, 5. 12, 19. 28.
Grzymała Alb. Ant. 21.
Gualmi Joseph. Nic. 46,
Gualteri Pauli SJ. 41.
Kozłowski Joan. Jos. 34.
Krudnerowicz Gasp. 47.
Kuczankowicz Joa. Cant. 17.

Lukaszkiewicz

REGIVM ITER
IN IMPERIVM.
SIVE
FERDINANDI III.
TRIA I.
TRIVM EXPEDITIONVM

IVBENTE, ET I DICENTE

FERD: II CÆSARE

AB EO IN IMPERIVM, CONTRA HOSTES SVSCEPTARVM,

TRES COLVMNÆ
TRIVMPHALES,
EDITÆ

CVM CORONARETVR

REX ROMANORVM.

I
PRIMUM.
COLUMNA I TRIUMPHA
LIS.
I. FERDINANDE REX
CÆSAR IUBET,
LABAT IMPERIUM, NUTAT ORBIS,
I.

FERDINANDO TERTIO DOMI RELICTO
ORBEM IMPERII,
Mars ut PILAM: Fortuna ut ROTAM: Discordia ut POMUM hab
SubTILI MARTE in altum missa, & ad LIPSIAM lapsa PILA,
Allisa SAXO resiliit;
Et à ludendi peritissimo REGE, Equitum selectâ MANU excepta,
LUDUS primùm; inde LUDIBRIUM fuit.
Pugnis certatim discussa est in partes PILA, ut EXPILARETUR.
Ut Germaniam vinceret GUSTAVUS, GERMANIAM perdidit
Porrexit HERBAM subjugata FRANCONIA:
Calcato ad GERMANORUM infamiam RHENO,
MOGUNTIÆ Nobilis Prædo ROTAM invenit, in quam ageret
Insedisse FORTUNA fuit.
FORTUNIS excidere maluit
Æternâ laude dignus MOGUNTIÆ PRINCEPS;
Quam Fide, quam Gratiâ CÆSARIS.
Quem promissis corrumpere non potuit avidus Imperij Tyrannus,
FUGAVIT, SPOLIAVIT.
Hoc verè fuit ELECTOREM IMPERII CORRUMPERE.
Hinc MALA undequaque CONFLUENTIA.

STAVO animus erat, excrescente Svecico populo COLONIAM ducere:
Sed vndecies mille Virginibus Animata Ciuitas,
satis POPVLOSA fuit, ne POPVLATA redderetur.
anti Nominis Electorē (FERDINANDVM inquam) metuebat SVECVS.
Aliò conuersa ROTA, pandentibus vltro valuas vrbibus, facilè fuit
t FORTVNA non solum SVECA; sed & CÆCA ingrederetur.
MONACHIVM ingressa, RELIGIOSA videri voluit:
NGELI-STADIVM ausa currere, impegit, euersa est, Cacodæmon apparuit.
Ad ANGELI-STADIVM conculcatus est genius, qui tibi
ad incendendam Germaniam facem tulit GVSTAVE.
um istum LVCIFERVM qui calcauit; vin' scire quis Angelorum fuit?
CVSTOS ORBIS, ET IMPERII.
MAXIMVS.
Sperabas è STADIO brauium: DEVS judicauit.
EX EQVO, ET BONO CECIDISTI.
EN BRAVIVM.
Nihilominus quod SERPENS offerebat DISCORDIA
POMVM JMPERII momordisti:
ORIGINALE PECATVM EST.
Jdem GOTHI tui fecerunt, & VANDALI.
Momordisti POMVM GVSTAVE, nec aliud tamen dentibus
impressum nomen, aut signum reliquisti, quam infelix istud
GVSTAVI.
stans gustaui (ajebat JONATHAS) in summitate Virgæ, parum mellis,
Et ecce morior.
decore vt JONATHAS, ADAMO ne pilo dissimilis, Virga furoris Dei
gustasti POMVM GVSTAVE,
Et ecce moreris.
Non procul LIPSIA vbi PILAM accepisti, METAM ponis.
Quo major fuit ROTA quæ te euexit, eò citiùs;
Quò altior, eo humiliùs cadis.
Quæ te tenebræ ad LVTZEN adducebant, vbi LVCEM amitteres?
ORBEM petijsti; GLOBO petitus es.
POMVM momordisti: nunc TERRAM mordes.
Sit POMVM tibi tumulus; sit HEROICVM symbolum:

Sit inscriptio GVSTAVI:
Vel vt Barbarùm sonet GVASTAVI.
Jmmò in SVECIAM cum spolijs GERMANIÆ auehantur
SACRI CINERES;
Ne TETER SPIRITVS infestet GERMANIAM:
Erit olim cum memores GERMANI, visent sepulchrum.
Sepelitur interea GLORIA tua ruinis GERMANIÆ,
Quibus excitatur JMPERII FELICITAS
REX FERDINANDVS.
Objectum Tibi in Victorias effuso fuerat VALLVM, vt sistereris:
LAPIS, vt offenderes.
Sed eheu LAPIS SISYPHI voluebatur, ad CAPVT rediturus,
Non electione GVSTAVVM stitit; sed casu.
Cecidit dum cecîdit.
Vicit, non vicit.
Ut vinceret, seipse vincere debuisset.
Videri tamen mortuum mortuo GVSTAVO potuisset BELLVM;
nisi FRIDLANDT PACEM PATRIÆ quæsiuisset, vt non inueniret
Quid mirum si visa est aliquando desperata salus Jmperij?
SPEM JMPERII,
FERDINANDVM TERTIVM.
à PATERNIS AQVILIS imperiosus abstinebat.
Et hoc permisit DEVS;
Ut plantata DOMI FELICITAS cresceret,
Et nouis Columnis assurgeret DOMVS; quam moliebantur euertere.
Aucta est FERDINANDO QVARTO;
Deus Bone! quam aureo, quam MATRE digno PRINCIPILLO!
Aucta (inquam) vt CÆSAR FERDINANDVS, qui hoc nomine dicitur
SECVNDVS.
in sua progenie, Terq́ue Quaterq́ue diceretur FERDINANDVS.
Aureo dixi; GEMMEO dicere debueram, tempestates inter
Ut VNIONES solent concepto:
FERREO dicere debueram; Auso timores inter, & Gladios
è MATRIS vtero prosilire, & FERDINANDOS inter nominari.

Nescio an in statuâ Nabuchodonosor, Daniel Romanum Imperium
FERREVM prædixerit, à FERDINANDIS.
FERREA sanè progenies inter arma cudi debuit,
Ferreis vt basibus ORBIS pendulus insisteret.
Nutauit tamen.
Donec VERTIGINE CAPITIS laborantia castra CÆSAREA,
Et ÆGRE Animam trahentia,
Pulso PER CONIVRATIONEM MALIGNO SPIRITV,
Magnâ PARTE-SANA respirarunt.
Vt EVRO HIBERNO difflatus TVRBO spirare desijt,
Turbatum Imperium sperare cæpit.
Vbi Cæsar, I FERDINANDE, dixit
SERENITAS apparuit.
AVSTRO SECVNDO lata in AQVILONEM AQVILA,
Turbatisq; SEPTEMTRIONIBVS,
Ausa est gloriari GERMANIA se in desperatißimâ fortunâ,
Nunquam amisisse CONSTANTIAM.
REGIA progressa FELICITAS,
BOHEMIAM vel aspectu SERENAVIT.
Impeditam PASSA-VIAM expedivit.
Tentatam PRAGAM, CRVCIS BVRGVNDICÆ SIGNO liberauit.
Clausam IMPERII JANVAM ereptis CLAVIBVS aperuit:
Quo tempore VI MARIS abrepta, VI MARTIS erepta est RATIS-BONA,
Vt SVBLATO MALO velificaretur,
Etiam ADVERSIS NOTIS AVSTRIÆ FELICITAS.
Impetum ausa sustinere; expugnata, direpta est VRBS DONAVERTENSIS.
Nempe quo PIETAS non permittitur, sua DONA FERT ENSIS.
Reddita pristino nomini, hoc est Danubio Digna DONAVVERTHA,
NORDLINGAM obsedit FELICITAS.
Infelix vrbs, quæ FELICITATEM excludis!
Certatum prælio post multa secula memorando.
AVSTER, ET SEPTENTRIO; AQVILA pugnarunt, & AQVILO.
AB AQVILONE steterunt TENEBRÆ:
Ab AVSTRI SERENITATE, DIES.
NOCTE præludium, DIE prælium fuit.

Putati VESPERTINI LEONES, apparuêre quales erant
VESPERTILIONES;
non sustinuerunt ORIENTEM SOLEM.
ERRO,
SOL eâ nocte vt vigiles haberet AQVILAS, NON OCCVBVIT.
Jmmo nocte vnâ,
DVO paruêre SOLES, AD AVSTRVM spectantes.
Fortunata GERMANIÆ, HISPANIÆQVE duo sidera.
Hinc Germanorum PRINCEPS NATIO,
ostendit supra QVOS POLOS
ORBIS JMPERII volueretur.
Hinc HISPANORVM GENS JNVICTA,
ostendit QVO IN FERRO
ECCLESIÆ CARDO verteretur.
Steterunt hinc, & hinc immobiles.
Steterunt AVSTRIACI PRINCIPES, vbi & AIAX caderet.
Vno inquam à morte passu, steterunt intrepidi.
Cessit deniq; FERDINANDORVM FELICITATI
NORDLINGA,
Docta à SAPIENTE REGE, à REGIO JNFANTE,
non SEPTENTRIONIS LINGVA,
QVASI NORD-LINGVA.
Sed Patrio more, Germanè loqui.
Jmmissâ igitur AQVILA, fugit AQVILO, & adhuc fugit.
Per CORNV capti SEPTENTRIONES;
Vidit BOOTES, BOVM STELLA, & disparuit.
FRANCONIA sibi restituta denuo FRANCONIA est.
NVNC
PROGREDERE
EXORERE BELGIO DVDVM EXPECTATA EXORERE
AVRORA PVRPVREA.
Jnvictos ANIMOS quos GERMANIÆ addidit HISPANIA
hoc TRIVMPHO LAVREATOS, novis insere VICTORIIS.
Jnsere CÆLO HISPANVM nomen
O ALTITVDO REGIA.

SED TV

IMPERII REGIA FELICITAS

Pone VICTORIIS modum.

ervasti Pragam : Liberasti timore Passaviam : Coëgisti Ratisbonam : Expu-nasti Donawertham : Delesti formidandum exercitum : Occupasti Nord-ngam : Recuperasti Franconiam : Subdidisti Virtembergam : Fregisti SVE-CORVM audaciam ; pressisti tumorem ; retudisti potentiam.

QVIS HEROVM VNA ÆTATE,
QVOD FERDINANDVS VNA ÆSTATE?
Ad VITEM PERGE ; ibi quiesce FELICITAS:
Ad VIRTEMBERGÆ montes vino, valles lacte manantes.
Quid aliud post tot VICTORIAS expectari debuit,
quam ut in PARADISO,
vbi NECTAR fluvius est,

FELICITAS HYEMARET.

HACTENVS EXPEDITIO PRIMA

ANNI M. DC. XXXIV.

SEQVITVR

EXPEDITIO SECVNDA

ANNI M. DC. XXXV.

I
SECUNDUM,
COLUMNA II TRIUMPHALIS.
I. FERDINANDE REX,
CÆSAR IMPERAT,
PRÆEUNT AQUILÆ,
I BONIS AUIBUS, I.

DISPARE QUÆ VAGARIS INFELICIS UMBRA SUECI,
UICTRICES inter AQUILAS,
FERDINANDUS REX.
Ut inter ASTRA SOL; GLADIOS, ut RADIOS vibrat.
Dispâre DILABENTIS UMBRA FORTUNÆ.
Vidisti NORDLINGANIS in CAMPIS
Simul HUNC AD-ORIENTEM, & OCCIDENTEM SOLEM
CRESCERE tunc debueras UMBRA FUGITIUA, non minui.
Nunc ORBIS MEDIUM tenet.
Nusquam potentiores sunt, quàm in AUSTRO SOLES.
Nunquam minores umbræ, quàm Meridie.
Projecta ad EXTRMA GERMANIÆ, pâres, dispâres; abis, redis.
Vult DEUS, ut dum FERDINANDUM FILIUM
FERDINANDI CÆSARIS IMAGINEM, absolvit FELICITAS,
pro umbrâ servias, & malignâ luce.
AUSTRIACO SOLI etiam Umbræ, & Noctes militant; immo & Hyemes
Nisi GELU strinxisset UDAM HYEMEM, non teneremus UDENHEM
Adhuc PHILIPSBURGUM audiret, nisi GLACIES obsedisset.
Quod NOCTU, non præsenserint ASCENDENTEM SOLEM,
BENEFICÆ HYEMIS INCANTATIO fuit.

Extinxit HYEMS, NOX invisum reddidit PHILIPSBURGI nomen.
PRIMA debuerat VIGILIBUS SYLLABA relinqui,
pro NOTA pudendæ custodiæ.
Militante ad RHENUM HYEME, Deus Bone, quale SOLSTITIUM fuit?
aruit NOVA STELLA, STANTE ad NOVUM-STADIUM SOLE.
Opinor ut AUSTRIACO CÆLO fortunatum agnosceretur.
Apparuit, inquam, MARI-ANNA, MARI Enata INEUNTE DIE.
DIANAM credidisses, ab AUSTRO vergentem in HESPERUM:
Sed esse TER REGUM STELLAM,
S IPSE quo orta est DIES, & BIMATUS ostendet, & EPIPHANIA.
Quærant SAPIENTES QUEM ad INFANTEM eat.
Declinante SOLSTITIO, ut optatam SOL æstatem reveheret IMPERIO,
Ver AMOENUM, AD MOENUM aperuit.
HERBA FRANCONIÆ pulso qui in RUPE latebat ANGUE, revixit;
& expectare videbatur ORBIS,
quò FERDINANDI REGIS moveret SERENITAS:
Quasi verò ignotæ SOLIS essent ORBITÆ.
Qui metitur Annum SOL, non movetur in CIRCULUM; sed SPIRAM.
LITIGANTIBUS de IMPERIO DIEM DIXIT.
ExSPIRAre ad DIEM coacti qui conSPIRAbant, CONSILIO privati sunt.
Neque VVORMATIÆ relictus est CONCILIO locus;
Quia conciliari cum STOMACHO nusquam potuit FAMES;
PALATO NATUS, non potuit miserias digerere PALATINATUS.
Qui ab ARCTO se recessisse crediderant SEPTENTRIONES,
maximè in ARCTO se positos MOGUNTIÆ querebantur:
Qui ad ROTAM sederat malorum Figulus convasârat:
FUSUM erat ad NORDLINGAM VINUM, & HORNUM quidem:
SUECICUS PANIS aberat, in SAXA CONVERSUS.
Ne CASTRIS deesset CÆSAREIS, panem mittebat DANUBIUS:
Misisset INDUS, si HIS PANIS defuisset.
Instantibus AQUILIS, ne TORQUERET FAMES
Hostes RELICTIS TORMENTIS abierunt; nec INFAMES tamen.
Quis sanæ mentis TORMENTA FERT, si EVADERE potest?
MAIORA maluerunt TORMENTA, quàm MINORA relinquere.
Utinam relicta fuisset Invidia; NULLUM TORMENTUM MAIUS

Nonne OFFICIOSUS dicendus est MILES fuisse CÆSAREUS?
OMNIA fugientibus abstulit JMPEDIMENTA,
leviùs vt ferrent iter, & MOGUNTIÆ dicerent EXPEDITIUS UAL
Potuerunt relictâ ad RHENUM ROTA & ANCHORA exclamar
SPES, ET FORTUNA UALETE;
Nam lite ad ROTAM evocatâ, Decisio fuit, Ut SUECORUM Fortuna de
deret, & pristinæ FORTUNÆ ROTA restitueretur, PRIMA futura
quæ FERDINANDUM. III. ad JMPERII THRONUM eveheret.
Jam desierat timeri GUSTAVI, etsi MAGNI NOMINIS UMBRA
deserto enim GUSTAVUSBURGO, nullum erat in eo nomine PRÆSIDIUM
Puto nunquam SERHENUM, magis SERENUM vidisse,
quàm visâ post tot NEBULAS AUSTRIÆ SERENITATE.
RHENO SERENATO, quæ opprimi metuebat exhilarata est SUEVIA
Maluisset in ILLA TEMPORUM ACERBITATE AUDIRE SUAVI
Quantulum enim interest, inter SUEVIÆ, & SUECIÆ nomen?
Jnvertisset ELEMENTA, qui ORBEM invertere statuerat,
JNVERSI nominis AUGUSTUS;
et jam ei passim acclamabatur, VinCE.
Sed oportunè didicit & discunt SUECI, quid sit ALEMANUS:
Non habet alias ALAS AQUILA quàm GERMANORUM MANU
Sunt ALÆ, MANUS;
ad JNUOLANDUM æquè, ac ad PUGNANDUM DEXTERÆ.
HAS FERDINANDE REX
vt BELGICUM LEONEM protegeres, PROVIDUS extendisti.
HAS JPSAS in JTALIAM, vltra ALPES protendisti.
Altè volat AQUILA, etsi CRISTAS non habet.
Misisti spicula, quibus JTALIÆ objecta PARMA vix resistat.
Protexisti nihilominus JMPERIUM.
EXTERIS ALAS ALITIBUS accîdisti, ne facilè trans RHENUM volent
& vt liberioribus volaret ALIS AQUILA è POLO auxilium accepisti.
Purgata est SILESIA SUECORUM infelici LOLIO
Hostibus ereptæ LIBERÆ CIVITATES, quæ jugum patiebantur.
EREPTUM FRANCO-FURTUM,
visusq; Miles ad HONORIS NUNDINAS proficisci.
VINDELICI Exclusis SUECIS, GUSTAVA AUGUSTAM redierum

Junctisq; ad VITEM NECTAREAM ULMIS,
Vt haberet FELICITAS vbi hybernaret,
FACTVS EST IN PACE LOCVS EIVS.
Volabat PACIS NOMEN AMABILE per ora hominum,
Et vt COLUMBÆ solent, quæri amabat, teneri formidabat.
Tantum erat malorum DILVVIVM, vt non haberet vbi pedem figeret:
Donec FERDINANDVS II IMPERATOR,
PORTANTEM RAMVM OLIVÆ in ARCAM intulit;
& SAXO (pro ADAMANTE semper habuit) vt firma esset alligavit,
& ARDENTI in ARCE, vt conspicua esset collocavit.
Quærat nunc aliquis cur SAXO GLADIVM gestet IMPERII?
Ut ACVI contra Turbatores IMPERII promptè possit.
[C]ur SCEPTRVM BRANDENBURGICUS, PHAROS IMPERII?
[U]t tutam errantibus in Oceano Germanico sub Aquilâ stationem ostendat.
SAXO muniris & IGNE REX FERDINANDE.
Si vel GOLIATH resurgat, habes QUO prosternas.
Si vel HYDRA habes QVO vras.
[P]ACE BELLVM CONFICIES: FELICITATI TVÆ PAX IPSA militat.
[P]ro CÆSARE, pro conservandâ IMPERII MAIESTATE pugnasti.
[V]t REGEM BOHEMIÆ decebat: IMPERII TIARAM Manutenuisti,
[A]d AGENDVM & PATIENDUM FORTIA PRINCEPS alijs fuisti.
Videant SACRI ELECTORES IMPERII,
videant FERDINANDE TERTIE, QVORVM dici REX debeas
Si AGERE, ET PATI FORTIA
ROMANVM EST.

SEQUITUR

EXPEDITIO TERTIA
ANNI M. DC. XXXVI.

I
TERTIVM.
COLVMNA III TRIVMPHALIS.
I. FERDINANDE REX MANDAT CÆSAR.
I VICTOR, I TER FELIX, I;
TRIVMPHANS REDI.

REDIT FERDINANDVS TERTIVS, TERTIO VICTOR
Superato Rheno: Seruatâ Burgundiâ: Recuperatâ VVestphaliâ:
Domitâ Haßiâ: Obseßâ Alsatiâ: Illatis in Regna inimica SIGNIS,
AQVILA AD IOVEM REDIT.
Non est nunc RATISBONA, cur FVLMINANTEM timeas:
Misso in EXTEROS FVLMINE, TRIVMPHALIS redit.
Redit sedatâ DOMESTICA GERMANIÆ tempestate,
SPES IMPERII,
illius Triumpho RATIS euehenda,
in quâ primam SALVTIS GERMANIÆ fixit ANCHORAM.
Nunc dici verè RATIS BONA:
Ducere nunc in ALTVM sine naufragio potes;
CÆSAREM VEHIS, ET EIVS FORTVNAM.
FERDINANDI SECVNDI
FORTVNAM SECVNDAM
REGIO CAPITI OBLIGAVIT DEVS:
nec rotatur; nec euertitur.
Quo in SOLO pedem figit FERDINANDVS; SOLIVM ponit
non jam FORTVNA; sed FELICITAS.

Hac ſtrata eſt FELICITATE RATISBONA.
Quicquid hîc calcas, CÆSAR, VICTORIA eſt;
& VRBS ipſa TROPHÆVM.
Deſignare Auguſtiſſimis oculis, ac digito potes:
Hæc mœnia diruit FERDINANDVS MEVS: Hæc valla ſuperauit: Has Turres euertit: Hîc machinas Nauales admouit: Hanc Danubij Inſulam occupauit: Munitionem hanc inexpugnabilem, expugnauit: Hîc pugnans ſtetit:
Hanc VICTOR Portam ingreſſus eſt.
Non hanc vnam: ſexcentas TIBI, CÆSAR, Triumphales Portas
DEXTERA TVA, FERDINANDVS TVVS aperuit.
Quid Portas?
Non per PORTAS AVSTRIÆ FELICITAS in obſtantes Hoſtiũ Vrbes;
Sed per MOENIA penetrauit.
Non quærunt SACRI ELECTORES IMPERII merita, quæ eligant.
Qui ſentiunt, quid GVSTAVVS ADOLPHVS vaſtârit, occupârit.
Sciunt quid FERDINANDVS ERNESTVS reſtituerit, reſtaurârit.
ORBEM IMPERII
diuidi permiſit DEVS, vt diuiſæ partes BILANX eſſent,
quâ FERDINANDI TERTII merita ponderarentur.
Non poteſt LANX vna, minor eſſe GERMANIA;
GERMANIAM impleuit MERITIS.
Non poteſt meritis, minor eſſe CORONA,
Si ÆQVA LANCE ponderatur: Si coronantur MERITA.
Qui pedes, manus, pectus, cor, caput, pro libertate GERMANIÆ prodegit,
Totus coronari debet;
Non decet ROMANORVM REGEM, ſi GERMANVS eſt,
aliter coronari, quam VICTORIIS.
Nempe, niſi Germania REFLORESCERET, non eſſent hac hyeme FLORES,
quibus FERDINANDVS TERTIVS coronaretur.
Nempe, niſi RATISBONA VICTORI FERDINANDO ceſſiſſet,
non eſſet LOCVS vbi coronaretur.
IN MEDIO GERMANIÆ ponendus fuit;
Ut Vrbes, Prouinciæ, Regna, quæ vel reſtituit, vel conſeruauit,
totaq́ adeo GERMANIA,
TOTIVS INSTAVRATOREM IMPERII, CORONARET.

Suffragium dedisti CÆSAR
LEGITIME CERTANTIBUS,
PIETATEM & JVSTITIAM JMPERARE maluisti, quam FILIVM
Non gestaret JMPERII coronam FILIVS TVVS,
nisi coronæ Regiæ, JVSTITIA LIBRAM; PIETAS CRVCEM imposuiss
Præsagium fuit
ex compositis BILANCE, & CRVCE, parari CORONAM JMPER
Jllud tamen I, PARENTIS AVGVSTISSIMI semel, iterum, tertio, repetitu
Quid aliud fuit? quàm toties DATVM JMPERIVM?
Quando CÆSARIS prodibas Jmperio, BELLI DVX, ac JMPERATOR
ipsa Jmperij majestate; ipso CÆSARE PARENTE coronabaris
FERDINANDE REX, antequam coronareris.
Ter PRO-CÆSAR fuisti, ideò TER SECVNDVS, TER VICTOR
citiùs VICTOR euasisses; si FERDINANDVS SECVNDVS citiùs, fuisse
ORBEM seruare voluit JN FILIO CÆSAR:
Hoc à DEO didicerat.
Mirúmne? si FERDINANDO TERTIO,
GLOBVS JMPERII ad manum venit?
SERVATORIS est, ORBEM manu GESTARE.
Calcauerat SVECVS; inuerterat ALIVS: TERTIVS gestat.
Qui GLOBVM calcat, cadit. Qui vertit, euertitur. Qui gestat, stat.
Labores proprios cælesti GLOBO adscriptos, ab HERCVLE sustineri,
Fabula est.
A FERDINANDO TERTIO, labores proprios, cum JMPERII GLOBO
sustineri, tam certum est; quàm GLOBVM JPSVM, & quæ eum constant
VRBES, PROVINCIAS, REGNA, FERDINANDI labores esse.
Non præter propter DEVS FERDINANDVM TERTIVM
JNTELLIGENDI vi quadam ANGELICA, beauit.
Debebat esse Talis JNTELLIGENTIA, quæ ad IMPERII SPHÆRAM
MOTRIX assideret.
Expressit DEVS, ad amussim SAPIENTIÆ suæ, JDÆAM PRINCIPIS
PII, JVSTI, CONSTANTIS, MAGNANIMI:
Vt esset inter mortales, qui MVNDVM moueret JMMOBILIS.
Jlluminari debuit, à PRIMA JNTELLIGENTIA;
PRIMVM MOBILE est, cui præsidet.

In eo DVORVM nobilissimorum SYDERVM,
JESV, & MARIÆ,
tunati sunt semper ASPECTVS, in AVGVSTISSIMA DOMO:
TVVM FERDINANDI nomen, concepto ab ijs lumine, ASTRVM est.
QVOT LITTERÆ, TOT SVNT STELLÆ,
tot, pro diuersis aspectibus, diuersarum virtutum impressiones.
Significatur FERRO DOMANDVS Hostis:
Formidandum SVECO nomen.
Diceris FERRO DONANDVS:
FERREA nimirum GERMANIÆ, CÆSARVM CORONA
AVGVSTISSIMVM TIBI NOMEN.
NOMEN JVSTITIÆ, & PIETATIS.
à FERRO incipit, DONANDO finit.
Cælestium Intelligentiarum est, ORBEM circumferendo,
benignas quas vocant JNFLVENTIAS, Mundo distribuere.
ORBEM FERDINANDE
FER DONANDO
ORBEM JMPERII supra POLOS, vnde excidere timebatur, firmasti:
Motos JMPERII CIRCVLOS, quà bello, quà pace stabiliuisti:
PRIMVM MOBILE EST, QVOD REGIS
RAPE in CONCORDIAM OPTIMÆ PACIS, ORBES ALIOS;
Sereni vt redeant DIES, AVREAQVE TEMPORA.
Jn MANV TVA est PIETAS, ET JVSTITIA.
Si LANCES COMPONIS, & FERRVM ponis,

TOTVS COMPONITVR ORBIS.

Sic per REGIVM ITER FERDINANDVS TERTIVS ad JMPERIVM peruenit. Non possumus TIBI DEVS OPTIME MAXIME
in gratiarum actionem, melius canere
TE DEVM LAVDAMVS,
quàm si

TE DEVM LAVDAMVS.

